Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

suasitque: ut Maximino fidem & iuramentum seruet.
Mox Carthaginem cum maximis validissimisque copiis
descendit: que iuuenti virorum etate florebant: &
diuersos armorum apparatus habebant: que uero rei Mili
taris experientia & Barbarice pugne consuetudinem in
bello prompte & audaces erant. ¶ At ubi Gordiano Gordianus.
Exercitum urbi appropinquare nunciatum est: ad extremum
ipse timorem redigitur: & Carthaginenses non paruam con Carthaginenses.
sternationem afficiuntur: Qui cum in multitudine Plebis
& non in Disciplina acieque bene instructa victorie spem
locarent: omnes publice exeunt: ut Capeliano resistat. Capellianus.
¶ Gordianus ergo senex ut plerique aiunt: Desperatis rebus:
Maximini vires intelligens cum tota Carthagine Mors Gordiani
superuenit: Et cum in Libya neminem bello dignum
paremque uideret, se ipse Laqueo suspendit. Laqueo se suspendit.
Facto congressu
¶ Carthaginenses turba plures, incompositi: sine bellica
rerum Disciplina: profunda pace fracti: in festis deli Eneruati Carthaginenses
tiisque semper uersati: Preterea inermes ac sine bellicis
tormentis erant. Quisque Domo aut pugione: aut se
curim & venabula efferebant: Et Casas circunci
debant: & frangebant ligna in conuenientem figuram:

.a.